gent paulatim et quotidie incrementis majo-
res fiant, donec ex Academia bonarum artium
nutrice, pleni fructu doctrinae et virtutis, do-
mum revertantur ornamentum quoddam exstantes nobilissi-
mae civitatis. Sed est in illis celebritatibus infinita
quaedam dissoluta multitudinis licentia, quae tan-
quam aliqua violenta tempestas: non eos solum, quo-
rum mores nondum erant in tuto, secum praecipites
trahit: sed etiam bene jam pridem confirmatos,
ac moralibusque institutos, in eandem ruinam invol-
vit. ita fit, ut labor hic noster, quamlibet perti-
nax et indefessus in multis discipulis sine profe-
ctu pereat, in paucis et si non multum longe ta-
men inferiorem, quam pro nostra expectatione
locum dignitatis consequatur. Nihil est opus meis
querimoniis, res ipsa te faciet prudentiorem,
felix, quem faciunt aliena pericula cautiorem,
Tu memineris συνέργεια, sicut nos domi ex A-
postolo Paulo. Tales, qui sunt, sed recte faciunt.
Vale, nam famulus urget scribentem. Saluta ex me
tuos parentes officiose cum familiaribus pueris
nostris. Bremae 7. Calend. Octobr. Uxor te sa-
lutat mea et pueri adhuc imbecilles.

juventutis tuae custos.
Johannes Molanus 1577.

(295) [= Moer. a. 7: Postscriptum zu Nr. 305]

Georgius Bremer, qui jam in tuam classem
descenderat, utinam vel biennium totum tecum
hic commorari potuisset, ostendisset civitati no-
strae: et Bremae Witebergam quandam esse.
At nos in tanta multitudine rerum discendarum,
in his scholis popularibus, quas triviales con-
temptus causa vocant nimis angustis annorum
spaciis circumscripti sumus. Quid enim?
citius quam asparagi coquuntur ingeniosissi-
mi quique et studiis aptissimi, quasi inter

neque nobis elapsi in illas percelebres scholas
repente transvolant magno doctrinae pecuniaeque
dispendio: perexiguum temporis compendium
redimentes. Salutem tibi optat Lubbertus Fon-
necus, qui in hac Epistola describenda meus fuit
amanuensis.

Pax Christi:

296
[= Macr. A. 7
Nr. 306]

Gaudeo Johannes Corten, tibi in studiis artium
bonarum tam secundas res esse. Tum illud quoque
mihi voluptati est, quod praeceptores tuos ma-
gnifice praedicas, totaque istius scholae constitu-
tione magnopere delectaris. Haec sunt boni in-
genii argumenta, quae nobis de te bonam spem in
posterum ostendunt. Quam enim ames ipse ea quae
discis, et eas nactus sis, Dei beneficio, qui docere
felicissime possint, non video, quid obstet, quo
minus his annis proximis vincas etiam nostram
tuorumque omnium de te non temere conceptam
expectationem. Deflectunt multi de via: quo
est laudabilior animi tui constantia quae neque
malis aliorum exemplis, neque illis Sathanae ma-
chinis potest e gradu dimoveri i. modo quo
pietas tua te vocat. De Heshusio, quod nuncias,
as, molestum est vereor enim, ut hic quoque
det aliquid turbae: aut certe ne doctrinae
coelestis puritatem corrumpat. Apostolus
ejusmodi viros non accedentes sanis sermoni-
bus Domini nostri Jesu Christi, tanquam αὐτο-
κατακρίτους devitari jubet. Tu da operam, ut
rudimenta pietatis, exercitiis et invocatione
confirmes, Ac ne qua lux desit tuis istis gra-
vissimis ..... legumque studiis, N.T. li-
bellum, qui verae germanaeque justitiae
rubricas